

tuum Tornaci pestilentia sublatum esse, virum pulcre doctum, iam digamum ac liberorum aliquot parentem.

Prodit Concionator meus, vtinam bonis auibus. Nam mihi quidem 75 hoc argumentum nunquam arrisit. Festium est quod adfers de puellis, quae ioco nonnunquam recipiunt quod cum dolore coguntur reddere, optasque vt saepius ad eum iocer modum. Verum illud quoque nonnunquam euenit puellis, vt quod per lusum receperunt abortu cogantur eiicere, aut in ipso partu emori. Quorum posterius 80 metuebam, prius illud euenit. Nec est animus posthac ad istum iocari modum.

Nunc de meo statu accipe quod rideas. Hortatu Lodouici Beri, insignis theologi, scripseram Paulo tertio. Is priusquam resignaret 85 epistolam, honorificentissime de me loquutus est. Quumque statuis- set in futuram Synodum aliquot eruditos in Cardinalium ordinem allegere, propositum est et de Erasmo. Sed obiiciebantur impedi- menta, valetudo ad obeunda munia inutilis, ac census tenuis. Aiunt enim esse Senatusconsultum quo submouentur ab ea dignitate quibus annui reditus sunt infra tria ducatorum milia. Nunc hoc agunt vt 90 me onerent praeposituris, vt hinc iusto censu parato doner purpureo galero. Feli aiunt crocoton. Est Romae quidam amicus, qui hoc praecipue molitur, frustra monitus, non vnis meis literis, me nec sacerdotia nec pensiones morari, hominem *ἡμερόβιον*, et indies mor- tem expectantem, nonnunquam et exoptantem, tam diri sunt inter- 95 dum cruciatus. Vix tutum est e cubiculo proferre pedem, ac ne prospectus quidem asini tutus est. Corpusculum hoc rarum ac tenue nullam fert auram nisi coctam. Et sic affectum huc volunt protrudere vt ambiam praeposituras et galeros. Mihi tamen interim gratis- 100 simus est summi Pontificis et error de me et affectus erga me.

Sed verbosior sum quam destinaram. Epistolae tuae prolixiori facile ignoscam, si culpam istam frequenter iteres. Puer quem tibi commendaram vbi viuat scire cupio. Rogo vt illum interdum aman- ter appelles. Habet patrem virum humanissimum, ipse probae indolis. 105 Bene vale.

Basileae xxiiii. die Augusti. M.D.XXXV.

30143049₃₀₆₆ TO PETER TOMICZKI.

De Puritate p. 63.

Basle.

N. p. 1093: Lond. xxvii. 25: LB. 1287.

31 August 1535.

DES. ERASMVVS ROTEROD. R. D. PETRO TOMICIO, EPISCOPO CRACO- VIENSI, REGNI POLONIAE VICECANCELLARIO S. D.

TANTVM habent eruditionis et eloquentiae literae tuae, Praesul

3048. 8o. reiicere N. 3049. TIT. R. D. om. N: REGNI . . . CANCELLARIO om. N.

3048. 75. Prodit] See Ep. 3036.

172.

77. ioco] Erasmus is sufficiently pleased with the witticism to use it as his own when writing to Tomiczki (Ep. 3049. 47).

84. scripseram] Ep. 2988.

92. Feli . . . crocoton] See *Adag.*

amicus] Gumpfenberg; see Epp. 2993, 3007. 31n.

97. prospectus . . . asini] *ὄνου παράκνυς*. See Zenob. 5. 39, Apuleius *Met.* 9. 42, L. and S. s.v. *παράκνυς*.

iam intra *λογομαχίας* consistit. Sed ferro et sanguine grassantur *δίβαφοι*. Insidiis, dolis ac vi ciuitates occupant, caede ac violentia ¹³⁵ inuitos ad suam sectam adigunt, creant nouos reges ac reginas, condunt nouas leges pro sua libidine.

Ante mensem Reuerendus D. Ioannes Faber Episcopus Viennensis, Regis Ferdinandi consiliarius, ad me scripsit, a Turca venisse oratorem ad Ferdinandum, ac paulo post alterum, item a Vayuoda: ¹⁴⁰ nondum esse certum, sed suspicari se agi de pace, ad quam Rex est propensissimus: et sapit, in hoc Germanicarum et Vngaricarum rerum statu. Nihil habet haec aetas eo Principe sanctius aut humanius; dabit illi, spero, Dominus aliquando fortunam virtutibus parem, vt rebus humanis quantum prodesse cupit tantum et possit. Lant- ¹⁴⁵ grauium Hessiae, qui ducem Vuirtenbergensem in suam ditionem reposuit, honorificentissime excepisse dicitur. Circiter Idus Augusti duae sorores, Maria quondam Vngariae Regina, et Regina Galliae, parabant colloquium Cameraci. Videbimus quid ille pariat senatus; vtinam salubriora decernat quam ille quondam Romae, cui ¹⁵⁰ praesidebat mater Heliogabali. Hyeme superiore Lutetiae saeuitum est acriter in quosdam, qui magnos excitarunt tumultus, ipsi etiam Regi minitantes, ni desisteret persequi verbum Dei (sic enim illi loquuntur), schedis passim affixis ad ipsum etiam conclauae regium. Vario suppliciorum genere extincti sunt apud Parisios ferme viginti ¹⁵⁵ quatuor. Plurimi metu profugerunt, inter quos non pauci nobiles. Eorum aliquot Rex, iam factus mitior, reuocauit, redditis facultatibus, et permissio (vt narrant) dogmatum arbitrio, modo ne petant Regni statum. Huius moderationis autorem narrant fuisse Regem Angliae, et Paulum tertium. In Anglia quid acciderit Episcopo Roffensi, ac ¹⁶⁰ Thomae Moro, quo hominum iugo nunquam habuit Anglia quicquam sanctius aut melius, ex fragmento epistolae quod ad te mitto cognosces. In Moro mihi videor extinctus, adeo *μία ψυχή* iuxta Pythagoram duobus erat. Sed hi sunt rerum humanarum aestus.

Verum his seriis nimium onero te. Nunc audi quod rideas. Paulo ¹⁶⁵ tertio visum est in futuram Synodum creare Cardinales aliquot, insigniter eruditos, inter quos propositus est et Erasmus, *κόρχορος φασίν ἐν λαχάνοις*. Sed obstabant, quum alia quaedam, tum vero praecipue census nimium tenuis: praeterea senectus, ac valetudo parum vtilis obeundis ecclesiae negociis. Itaque nunc magno ambitu agitur, vt ¹⁷⁰ me praeposituris onerent, reclamantem ac manibus pedibusque recusantem, ac perpetuo etiam recusaturum. Ego animalculum *ἡμερόβιον* nunc suscipiam certamen cum ociosis, violentis et opulentis

138. Faber] Ep. 3017.

146. Vuirtenbergensem] See Ep. 2917. 51n.

149. Cameraci] For this meeting see Ep. 3037. 76n.

151. mater Heliogabali] Julia Soemias; she presided over the Senate, the first example of a woman sitting in parliament?

155. suppliciorum] For these, and for the amnesty to the fugitives, see Ep. 2983. 48n.

162. fragmento] No doubt the portion of Goclenius' letter of 15 Aug. printed in 1536 by Cochlaeus (Ep. 3037 introd.).

166. visum est] At the creation of 21 May 1535. For the cardinalates conferred in May, cf. Ep. 3047. 40n.

167. *κόρχορος*] See Zenob. 4. 57: *κόρχορος Πελοποννήσιοι φασίν εἶναι λάχανόν τι τῶν εὐτελῶν δίο καὶ ἡ παροιμία*. Cf. Schol. Aristoph. *Vesp.* 234.